

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput V.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)



O dulcedo ineffabilis revera tu totus es desiderabilis, tu fons omnis letitiae, amoris et gratiae.

Jam esse jure gaudeo, nam quod concupivi gero: amore Jesu languere volo, et totus ardere desidero.

Bonum mihi diligere Jesum, nihil ultra querere, mihi prorsus defuere, ut illi quae vivere.

Delectabor igitur in Domino, et exultabo in Deo salutari meo, nam super mel et omnia dulcis est ejus praesentia.

Caput V.

Medulla psalmodiae sacra mirae caritatis et virtutis

Quisquis sequentes versus ex diversis Psalmis desumptos humili et attenta mente legent, aut ruminant magnam lucem et consolationem copiosumque fructum in via illuminativa hauriet

1.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedit.

ps. 1  
\* consilia

Sed in lege Domini voluntas ejus est, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

\* meditatur

Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium ejus non defluet, et omnia quaecumque faciet, prosperabuntur ad salutem.

\* spes

Non sic impii non sic erunt: sed tanquam pulvis, quem proicit ventus a facie terrae, evanescent.

+ In cathedra pestilentiae i.e. juxta febraos, in conspectu derisorum seu proavoru hominum, qui divina humanaque ridet, quibus nulla pestilentia major esse potest. vid. Bellarmin. Genes. + in tempore. Tempus ad operandu, seu ad fructu dandu est praesens vita Jo. 9. ne oportet operari, donec dies est, venit nox quando nemo potest operari. tunc enim non erit tempus dandi, sed tempus recipiendi. Alensis h.



2 *Servite igitur Dñe in timore, et exultate ei cum tremore.*

*Apprehendite disciplinam: ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via justa.*

4 *Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Domino.*

2 *Quum enim exarserit in brevi ira ejus: beati omnes, qui confidunt in eo.*

## II.

50 *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.*

*Cor mundum crea in me Deus: et Spiritum rectum innova in visceribus meis.*

*Ne proicias me à facie tua, et Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.*

*Redde mihi letitiam salutaris tui, et Spiritu principali confirma me in gratia.*

85 *Miserere mei Dñe, quoniam ad te clamavi tota die: letifica animam servi tui, quoniam ad te Dñe animam meam levavi.*

*Quoniam tu Dñe suavis et mitis, et multa misericordiae omnibus invocantibus te.*

7 *Intende voci orationis meae, Rex meus, et Deus meus.*

30 *Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua Dñe non confundar, quoniam invocavi te.*

6 *Exaudivit Dñs deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.*

107 *Cantabo Dño in vita mea: psallam Deo meo, quamdiu sum.*

*Fecundum sit ei<sup>ei</sup> eloquium meum: ego vero delectabor in Dño.*



III

Benedic anima mea Dño, et omnia, qua in- 102  
tra me sunt nomini sancto ejus.

Benedic anima mea Dño, et noli oblivisci  
omnes retributiones ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis,  
qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam, qui  
coronat te in misericordia et miserationibus.

Diligam te Domine: fortitudo mea: Domi- 17  
nus firmamentum meum, et refugium meum, et  
liberator meus.

Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum.

Protector meus et cornu salutis mea, et \* robur  
susceptor meus.

Laudans invocabo Dnum, et ab inimicis  
meis saluus ero.

Bonum est confiteri Dño, et psallere nomi-  
ni tuo altissime.

Per singulos igitur dies benedicam tibi: et 91  
laudabo nomen tuum in saeculū, et in saeculum 179  
saeculi.

Magnus Dñs et laudabilis nimis: et ma-  
gnitudinis ejus non est finis.

Suavis Dñs universis, et miserationes  
ejus super omnia opera ejus.

IV.

Confitebor tibi Dñe Deus meus in toto corde. 103  
meo: et glorificabo nomen tuum in aeternū. 87

Quia misericordia tua magna est super me:  
et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Factus es susceptor meus, et refugium meum 58  
in die tribulationis meae.

Deus meus es tu, et confitebor tibi: Deus 117  
meus es tu, et exaltabo te.

et exal-  
cando inq  
instas.  
et spera  
ira equ  
agnam  
Spiri  
eis  
Spiri  
ui, et  
gratia  
lamon  
quonia  
et mal-  
te.  
cus, et  
um  
die tua  
i te.  
am: et  
Deo  
veri



72. Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me.  
 Quid mihi est in coelo, et à te quid volui super terram.  
 Defecit caro mea, et cor meum amore tui. Deus cordis mei et pars mea Deus in aeternum.
71. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.
26. Tibi dixit cor meum exquisivit te facies mea: faciem tuam Dñe requiram.  
 Exultent, et latentur super te omnes quarentes te, et dicant semper: magnificetur Dñs, qui diligunt salutare tuum.
71. Benedictus Dñs Deus Israel, qui facit mirabilia solus.  
 Et benedictum nomen Majestatis ejus in aeternum, et replebitur Majestate ejus omnis terra: fiat, fiat.
- V.
36. Delectare in Dño, et dabit tibi petitiones cordis tui.  
 Spera in Dño, et fac bonitatem: et pascaris in divitiis ejus.  
 Noli amulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitiam.  
 Quoniam, qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem Dñum ipsi hereditabunt terram viventium.  
 Et adhuc pusillum, et non erit peccator. Et quares locum ejus, et non invenies. Mansueti autem hereditabunt terram: et



et delectabuntur in multitudine pacis.

\* Novit enim Dominus dies immaculatum : \* approbat  
et hereditas eorum in aeternum erit.

Non confundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur, \* quia peccatores \* cum peribunt.

Inimici vero Dni mox ut honorificati fuerint, et exaltati, deficientes, quemadmodum fuimus deficient.

Salus autem justorum a Domino, et protector eorum in tempore tribulationis.

Et adjuvabit eos Dominus, et liberabit eos, et eruet eos a peccatoribus, et salvabit eos, quia speraverunt in eo.

VI.

Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam 38  
in lingua mea.

Posui ori meo custodiam, quum consisteret peccator adversum me probra iaciens.

Et nunc qua est expectatio mea, nonne Dominus? et substantia mea apud te est.

Exaudi orationem meam Dne, et deprecationem meam, auribus percipe lacrymas meas.

Ego enim mendicus sum et pauper. Dominus 39  
autem sollicitus est mei

Adiutor meus, et protector meus tu es: Deus 39  
meus ne tardaveris.

Verumtamen Deo subiecta esto anima mea, 61  
quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus, et salvator meus et adiutor meus.

Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in aeternum.



Quia potestas Dei summa est, et tibi Domine misericordia; quia tu reddes unicuique, iuxta opera sua.

## VII

246 Omnes gentes plaudite manibus: jubilate Deo in voce exultationis.

Psallete Deo nostro, psallete regi nostro psallete

Quoniam rex omni terrae Deus: psallete sapienter.

33 Gustate, et videte, quoniam suavis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo.

1244 Laudationem Domini loquetur os meum: et benedicat omnis caro nomini sancto eius in saeculum, et in saeculum saeculi

9 Laetabor igitur, et exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime.

85 Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia: tu es Deus solus.

69 1744 Regnum tuum, regnum omnium saeculorum: et dominatio tua in omni generatione et generationem.

65 Omnis terra adoret te, et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

70 Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

## VIII

72 Quam bonus Israel Deus, his, qui recto sunt corde.

4 Filii hominum usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, et quaritis mendacium?

1024 Querite Dominum et confirmamini: querite faciem eius semper.



Mementote mirabilia eius, qua fecit, et prodigia eius 104

Omnia enim quaecumque voluit Dominus fecit in coelo, et in terra, et in mari, et in omnibus abyssis. 134

Confiteantur igitur tibi Domine omnia opera tua, et Sancti tui benedicant tibi. 144

Gloriam regni tui dicent: et potentiam tuam \* loquentur. \* Depredicent.

Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam: et magnificentiam regni tui.

Magnus enim Dominus noster, et magna virtus eius, et sapientia eius non est numerus. 146.

Confitemini itaque Domino, quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius. 135.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, et veritas Domini manet in aeternum. 116

Domi-  
ig. ju-  
bilate  
ostro  
Alite  
+ do-  
: et  
in fa-  
ellam  
nira  
culo-  
time  
bi:  
glo-  
o  
ut  
aciu  
quid



*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

*[Faint, illegible handwritten text visible on the right edge of the page.]*